



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum ille qui peccat ex malitia grauius peccet, quàm ille qui peccat ex
infirmitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

irrationabile est dicere, qd aliquis velit adulterium committere, & non velit esse iniustus. Cuius rōi est, quia voluntarium dicitur aliquid non solum, si voluntas feratur in illud primo, & per se, sicut in finem, sed etiā si feratur in illud, ut ad finē, sicut etiam infirmus non solum vult consequi sanitatem, sed etiam vult bibere medicinam amarā, quam alias nollit, ad hoc ut sanitatē consequatur: & similiter mercator p̄icit mercēs in mari volūtariē, ne deperat nauis. Si ergo contingat, qd aliquis in t̄m velit aliqua delectationē frui, puta, adulterio vel quocumque huiusmodi appetibili, ut nō refugiat incurere deformitatē peccati, quam percipit esse coniunctam ei, quod vult, non solum dicitur velle illud bonum, qd principaliter vult, sed etiā ipsam deformitatem, quam patit eligi, ne bono cupito priuētur. vñ adulter & delectationē vult quidem principaliter, & secundario vult deformitatē, sicut ponit Aug. exemplum in li. de Sermone Domini in monte, qd aliquis p̄ amorem alicuius ancillae volūtariē sustinet duram feruitutem Domini eius. Sed ad hoc, quod aliquis intum velit aliquid bonum commutabile, qd nō refugiat auerti a bono incommutabili, potest contingere dupliciter, uno mō, ex eo qd nescit illi bono commutabili talē auersionē esse coniunctam, & tunc dicitur ex ignorantia peccare: alio modo, ex aliquo interiore inclinante volūtatem in bonum illud. Inuenitur autē aliquid in alterum inclinari dupliciter, uno mō, quasi ab alio passum, sicut cū lapis projicitur sursū: alio modo, per formam propriam, & tunc ex seipso inclinatur in illud, sicut cū lapis cadit deorsum, & similiter voluntas inclinatur in bonū commutabile, cui adiungitur deformitas peccati: quāque quidē ex aliqua passione, & tunc dicitur ex infirmitate peccare, sicut supra dictū est: aliquando autem ex aliquo habitu, quando per consuetudinem inclinari in tale bonū, est ei iā verisimili, quasi in habitum, & naturā; & tūc ex proprio motu, absq; aliqua passione inclinatur ad illud: & hoc est peccare ex electione, siue ex industria, aut certa scientia, aut etiam ex malitia.

D. 490.

11. cap. 22. inter principium & medium 10. 4.

Ar. 10. & 11. preced.

Ad PRIMVM ergo dicēdū, qd nullus operās intendit ad malū, quasi principaliter volūtū: sed tñ ex cōse quēti sit alicui ipsū malū volūtariū, cū nō refugit incurere in malū ad hoc, qd p̄suat bono cōcupito. Ad SECUNDVM dicēdū, qd voluntas semper fertur principaliter in bonum aliquod; & ex uehementi motu in aliquod bonum, contingit, quod sustineatur malum, quod est illi bono coniunctum. Ad TERTIVM dicēdū, qd aliqui cōtingit volūtate ferri in aliqd bonū, cui coniungitur malum, & tamē nō fertur in malū illud, sicut si aliq; appeteret delectationē, q̄ est in adulterio, & tamē refugit adulterii deformitatē, & ex hoc ēt delectationē abiceret: sed aliquando contingit quod aliquis p̄ delectationē, etiam volūtariē incurrit deformitatem culpā. Ad QVARTVM dicēdū, qd illud qd cōiungit bono principaliter desiderato, si sit improuisū, & ignotū, non est volūtū, nisi p̄ accidēs. Sicut cum aliquis ex ignorantia peccās vult aliquid, quod nescit esse peccatum, qd tamen in rei veritate peccatum est, talis enim nō vult malum nisi per accidēs, sed si sciat illud esse malum; iam ex consequenti illud malum vult, ut dictum est, & non solum per accidēs.

In corp. art.

Ad QVINTVM dicēdū, qd cū dicitur aliquis peccare ex aliquo, datur intelligi qd illud sit primum principium peccati. In eo autem qui peccat ex infirmitate, voluntas mali non est primum principium peccati, sed

causatur ex passione: sed in eo peccato ex malitia voluntas mali est primum principium peccati, qd ex seipso & per habitum proprium inclinatur in voluntatem mali, non ex aliquo exteriori principio.

AD SEXTVM dicēdū, qd forma per quam peccans operatur, non solum est ipsa potentia voluntatis, sed habitus qui interiori inclinatur per modum iustitiae naturae, & per hoc patet solutio ad septimum.

AD OCTAVVM dicēdū, qd cum dicitur aliquis ex malitia peccare, malitia potest ibi sumi, vel per habitum qui opponitur virtuti, vel pro culpa secus, dum qd interior voluntatis actus, seu electio dicitur culpa, & est causā interioris actus, vnde non loquitur quod idem sit causa sui ipsius.

AD NONVM dicēdū, qd malitia opponitur virtuti, quā est bona qualitas mētis: peccatum autē virtutis nō est cōtrarium virtuti, vnde si aliquis de industria peccatum veniale committat, non est ex malitia.

AD X. dicēdū, quod bonum est principium, & finis actionis primo & principaliter: sed secundario, & consequenter etiam malum potest esse verum, ut dictum est.

AD XI. dicēdū, quod etiam in peccato infirmitatis potest esse electio: quā tamen non est primum principium peccandi, cum causatur ex passione, & ideo non dicitur talis ex electione peccare, quāuis eligens peccet.

AD XII. dicēdū, qd sicut passio in irascibili vel concupiscibili existēs causat electionem inquantum ligat rationē ad momentum, ita habitus in potentis existēs causat electionem inquantum ligat rationem, non iam per modum passionis peccati: sed per modum forme immanentis.

AD XIII. dicēdū, qd ad synderesim peritūta nec salia principia iuris naturalis, circa quae nullus potest rat: sed ratio ligatur per passionem, vel habitum eo qui peccat, quantum ad particularia eligibilia.

Ea vero quae in cōtrariū obijciuntur, licet veritas cludat, tamē in 2. arg. cōsiderandum est, qd cū dicitur qd ipsum defectū amavit, nō poma quae fuerunt, nō est sic intelligendum, quasi defectus ipse deformitas culpae possit esse primo & p̄ se volūtū: sed primo & p̄ se volūtū erat vel gerere motū alijs, vel experientiam habere alicuius, vel facere aliqd improbitate, aut aliqd hmoi. In tertio vero argumēto nō dicitur, qd nō oē peccatum, quod ex alio peccato causatur, potest dici ex malitia esse cōmissum: qd potest qd illud primum peccatum, quod est cā alterius, est commissum ex infirmitate vel passione. Ad hoc tē qd aliquis ex malitia peccet, oportet qd malitia primum peccandi principium, ut dictum est.

ARTICVLVS XIII.

Utrum ille qui peccat ex malitia, grauius peccet, quam qui peccat ex infirmitate.

TERTIODECIMO quaritur, utrum ille qui peccat ex malitia, grauius peccet, quam ille qui peccat ex infirmitate, & videtur quod nō. Dicitur enim Apocal. 3. Utinam calidus es, aut frigidus, sed tepidus es incipiam te euomere ex ore meo. Calidus enim videtur esse qui bonum operatur, tepidus autem qui ex infirmitate peccat, sicut in contrarium omnino autem frigidus qui ex malitia peccat, & intemperatus, ergo periculosius est ex infirmitate quam ex malitia peccare.

¶ 2. Prax. Eccle. 42. dicitur Melior est iniquitas viri quam mulier bene faciens. Quod a quibusdam sic interpretatur, ut per verum intelligatur aliquis de peccato aliquis

aliquid fortiter operandum, per mulierem autē aliquis remissus & tepidus in operando. Primum autē videtur cōpetere intemperato, qui ex malitia operatur, ut dictum est: secundum autem incontinenti, qui peccat ex infirmitate, ergo peius est ex infirmitate, quam ex malitia peccare.

¶ 3. Præter. In collationibus patrum dicitur, q̄ facilius ad fervorem perfectionis pervenit peccator, quā monachus remissus & tepidus: sed peccator maxime est qui ex malitia operatur, remissus autem est aliquis qui infirmatur in operando. ergo peius est ex infirmitate peccare, quā ex malitia.

¶ 4. Præter. Ille periculosissime infirmatur, cui nec cibus, nec medicina quæ alios iuvat, potest prodesse: sed incontinenti qui ex infirmitate peccat, non profunt neq; scientia neq; bonum propositum, quia auertitur per passionē, ergo periculosissime peccat.

¶ 5. Præter. Quanto aliquis maiori passione impellitur ad peccandum, tanto leuius peccat: sed maior est impulsio quæ est per habitum, quā quæ est p̄ passionem, ergo minus peccat ille qui ex habitu inclinatur ad peccandum, qui dicitur ex malitia peccare, ut dictum est, quā qui inclinatur ex passione, qui dicitur ex infirmitate peccare.

¶ 6. Præter. Ille qui peccat ex malitia, mouetur ad malum ex forma sibi inherente, quæ mouet per modum naturæ. Quod autē naturaliter mouet ad aliq̄d, ex necessitate mouetur ad illud, & non voluntarie, ergo ille q̄ peccat ex malitia certa, nō peccat voluntarie, ergo vel nihil, vel minimum peccat.

SED CONTRA, Illud, qd̄ inclinatur ad misericordiā, alleviat peccatum, sed infirmitas inclinatur ad misericordiam, secundum illud Psal. Misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit signum tui nostrum. ergo peccatū ex infirmitate est leuius, quā peccatum quod committitur ex malitia.

RESPON. Dicendum, q̄ peccatum ex malitia committitur, ceteris paribus est grauius peccato qd̄ committitur ex infirmitate, cuius ratio ex tribus appareret. Primo quidem, quia cum voluntarium dicatur, cuius principium est in ipso, quāto magis principium actus est in ipso agente, tantō magis est voluntarium: & per consequens tanto magis est peccatū, si actus sit malus. Manifestum est autem ex præmissis, quōd cum aliquis ex passione peccat, principiu peccati est passio, quæ est in appetitu sensitiuo, & sic huiusmodi principium est extrinsecum a voluntate: sed quando peccat ex habitu (quod est ex malitia peccare) tunc voluntas per seipsam tendit in actum peccati, quasi iam totaliter inclinata ex habitu per modum naturalis inclinationis in actum peccati: unde de peccato est magis voluntarium, & per consequens grauius. Secundo, quia in eo qui peccat ex infirmitate, seu ex passione, voluntas inclinatur ad actum peccati, quamdiu passio durat: sed statim abeunte passione, quæ cito transit, voluntas recedit ab illa inclinatione, & redit ad propositum bonū, penitēs de peccato commisso: sed in eo qui peccat ex malitia, voluntas inclinatur in actum peccati manente habitu qui non transit, sed perseverat, ut forma quedam iam immanēs & connaturalis facta, unde qui sic peccant, perseverant in voluntate peccandi, & non de facili poenitent. & ideo Philo, in 7. Ethico, intemperatum comparat ei, qui cōtinue ab infirmitate grauat, puta, ptytico vel hydropico: incontinentem autem ei, qui certis temporib; affligitur, & non continue, sicut epileptico, & sic manifestum est, q̄ grauius & periculosius peccat, qui peccat ex malitia, q̄ qui peccat ex infirmitate. Tertio, quia ille q̄ peccat ex infirmitate, habet voluntatem ordinatā in bonū finem: bonum, n. proponit & querit, sed interdum recedit a proposito p̄ passionē: sed ille qui peccat ex malitia, habet voluntatem ordinatam in malum finem, habet, n. firmatum propositum ad peccatum. Manifestum est autē, q̄ finis in appetibilibus, & operabilibus se habet sicut principium in speculatiuis, ut Phil. dicit in 2. Phys. Ille autē grauissime ignorat & periculosissime, qui errat circa principia: quia talis non potest reduci per aliqua principia priora. Ille autē qui errat tantū circa conclusiones, potest reduci per principia, in quibus nō errat. Sic ergo grauissime & periculose peccat, qui peccat ex malitia, & non potest de facili reuocari, sicut reuocatur ille qui peccat ex infirmitate, in quo ad minus manet bonū propositū.

AD PRIMUM ergo dicendum, quōd frigidus ibi vocatur infidelis, q̄ aliquā excusationem habet ex hoc q̄ per ignorantiam peccat, secundū illud Apostoli 1. Tim. 1. Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate mea. Tepidus autem vocatur Christianus peccator, qui in eodem genere peccati grauius peccat, secundum illud Apost. ad Hebr. 10. Quanto putatis deteriora mereri supplicia, qui sanguinem testamenti pollutum duxerit, &c. unde auctoritas illa non est ad propositum.

AD SECUNDUM dicendum, q̄ s̄m glossam, uir ibi dicitur aliquis discretus & strenuus, qui etsi aliquando peccet, tamen ex ipso peccato sumit occasionē boni, puta, humilitatis & maioris cautelæ. Mulier autem ibi dicitur, aliquis indiscretus, qui ex bono quod facit, sumit occasionem sui periculi, dum ex eo per superbiam deijcitur, vel potest dici secundū literalem sensum, q̄ melior est iniquitas viri idest viri iniquus ad commorandum, quā mulier benefaciēs. Facilius enim homo precipitaretur in peccatum ex familiari conuersatione cum bona muliere, quā cum malo viro. & hoc patet per hoc quod præmittitur, in medio mulierum noli commorari, & per illud quod sequitur, & mulier cōsumens in opprobrium, unde hoc est ad propositum.

AD TERTIUM dicendum, q̄ ille est remissus in benefaciendo, incōparabiliter melior est, q̄ ille q̄ malum facit, & ex hoc ipso contingit q̄ peccator cōsiderans malū suū, quandoq; vehementer ita cōtra illud mouetur, q̄ ad feruorē perfectionis proficit: sed ille qui operatur bonū, licet remisse, nō habet aliquid quod multum horrere debeat, unde magis quiescit in statu suo, & non ita de facili transfertur ad meliora.

AD QUARTUM dicendum, q̄ ille qui peccat ex infirmitate, licet dū peccat nō iuuetur ex scientia, & bono proposito, tamen de facili potest postmodum iuuari paulatim consuescendo, & resistere potest passioni: sed ille qui peccat ex malitia difficile reduci, sicut ille etiā qui errat circa principia, ut dictum est.

AD QUINTUM dicendum, quōd impulsio quæ est ex passione, diminuit peccatum, quia est quasi ex exteriori: impulsio autem quæ est ex voluntate, auget peccatum. Quanto enim motus uoluntatis est uehementior ad peccandum, tanto grauius peccat: habitus autem facit motum uoluntatis uehementiorē, & ideo ille qui peccat ex habitu, grauius peccat.

AD SEXTUM dicendum, q̄ habitus uirtutis vel uitij, est forma animæ rōnalis: ois autē forma est in aliquo secundum modum recipientis. De natura autem rationalis creaturæ est, quōd sit arbitrio libera. Nam habitus

collatio-
4. & est
1. 19.

præter.

2. q. 78. ar.
4.

1. q. 10.

1. q. 7. cap. 8.
infirmitas
ca. princ.

lib. 2. cō. 8.
89. tom. 2.

Glo. ordina-
ria ibi.

In corp. art.

habitus virtutis vel vitij non inclinatur voluntatem ex necessitate, sic quod aliquis non possit contra rationem habitus operari: sed difficile est operari contra id, ad quod habitus inclinatur.

ARTICVLVS XIII.

Utrum omne peccatum ex malitia sit peccatum in Spiritum sanctum.

Secunda secundae q. 14. art. 4.

Quarto decimo quaeritur, utrum omne peccatum ex malitia, sit peccatum in Spiritum sanctum, & videtur quod non. Peccatum enim in Spiritum sanctum est peccatum oris, ut patet per id quod dicitur Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum verbum &c. Peccatum autem ex malitia potest esse cordis & operis, ergo non omne peccatum ex malitia, est peccatum in Spiritum sanctum.

Lib. 2. sent. dist. 43.

¶ 2 Præter. Peccatum in Spiritum sanctum est speciale genus peccati, habet enim determinatas species, ut patet per Magistrum 43. dist. 2. lib. Sententiarum, scilicet obstinationem, desperationem, & huiusmodi: sed peccatum ex malitia non est speciale genus peccati. Contingit enim secundum quodlibet genus peccati peccare ex malitia, sicut ex infirmitate, & ex ignorantia, ergo non omne peccatum ex malitia, est peccatum in Spiritum sanctum.

¶ 3 Præter. Peccatum in Spiritum sanctum est peccatum blasphemiae, ut patet per id quod habetur Lucæ 11. Et autem qui in Spiritum sanctum blasphemauerit, non remittetur: sed blasphemia est quoddam speciale peccatum. Cum ergo peccatum ex certa malitia non sit speciale peccatum, quia inuenitur in quolibet genere peccati, videtur quod non omne peccatum ex malitia, sit peccatum in Spiritum sanctum.

Lib. 2. sent. dist. 43.

¶ 4 Præter. Peccatum ex malitia dicitur cui complacet malitia propter se, sicut pijs placet bonitas propter se, ut Magister dicit 43. dist. 2. lib. Sententiarum, sed ex hoc quod alicui placet virtus propter se, non constituit aliqua determinata species virtutis, ergo nec ex hoc quod alicui placet malitia propter se, constituitur aliqua determinata species peccati: & sic cum peccatum in Spiritum sanctum sit determinata species peccati, videtur quod non omne peccatum quod est ex malitia, sit peccatum in Spiritum sanctum.

Epist. 10. non remota a fine illius 10. mo. 2.

¶ 5 Præter. Aug. dicit ad Bonifacium comitem, quod omne peccatum, quocumque modo homo se alienauerit a Deo usque ad finem vite suae, est peccatum in Spiritum sanctum: sed hoc contingit de peccato etiam, quod est ex infirmitate & ignorantia, ergo non est idem peccare in Spiritum sanctum, & peccare ex malitia.

Lib. 2. sent. dist. 43.

¶ 6 Præter. Magister dicit in 2. Sententiarum quod illi peccant in Spiritum sanctum, qui putant suam malitiam exuperare bonitatem diuinam: sed qui sic putant, errant, & omnes errantes ignorant, ergo videtur quod peccatum in Spiritum sanctum magis sit peccatum ignorantiae, quam infirmitatis.

Lib. 2. sent. dist. 43.

¶ 7 Præter. Aliquis dicit peccare ex aliquo dupliciter: vno modo, sicut ex potentia, vel habitu, aut dispositione eliciente actum: alio modo, sicut ex fine mouente: sed non potest dici quod peccans in Spiritum sanctum, peccet ex malitia sicut ex habitu vel dispositione eliciente actum, quia sic omne peccatum esset in Spiritum sanctum. Nec iterum sicut ex fine mouente, quia malitia, in quantum est malitia, non potest esse finis mouens. Nullum enim intendens ad malum operatur, ut Dion. dicit 4. c. de diu. no. Si autem malitia dicatur mouens propter bonum apparem, cui coniungitur, sic omne peccatum esset ex malitia, quia in omni peccato est mouens aliquod bonum apparem, est enim peccatum est idem, quod peccatum in Spiritum sanctum est idem, quod peccatum ex malitia.

4. cap. p. 4. non remota a principio.

¶ 8 Præter. Duplex est malitia. Malitia contracta, quod Beda ponit eam vnum de quatuor, quae consistuntur ex peccato primi parentis: est & malitia actualis, est peccatum actuale, sed peccatum in Spiritum sanctum non potest dici peccatum ex malitia contracta, quia malitia contracta ad defectum & infirmitatem naturae pertinet, & sic peccatum in Spiritum sanctum esset peccatum ex infirmitate. Neque etiam ex malitia actuali, quia sic oportet quod ante peccatum in Spiritum sanctum semper praecederet peccatum aliquod actuale, quod non est verum in omni specie peccati in Spiritum sanctum. Non ergo peccatum in Spiritum sanctum est peccatum ex malitia.

¶ 9 Præter. Peccatum in Spiritum sanctum dicitur a Magistro, quod non facile remittitur: sed hoc conuenit cuilibet peccato quod procedit ex habitu. Dicitur Aug. in lib. Confessionum, quod ex peruersa voluntate sequitur libido, ex libidine consuetudo peccandi, ex consuetudine necessitas, ergo omne peccatum quod est ex habitu, etiam si non sit ex malitia, sed ex infirmitate vel ignorantia, est peccatum in Spiritum sanctum, nam habitus vitiosus ex consuetudine causatur. Non ergo idem est peccare in Spiritum sanctum, & peccare ex malitia.

Sed contra est, quod Magister dicit 43. dist. 2. libri Sententiarum, quod ille in Spiritum sanctum peccat, cui malitia propter se ipsam placet: sed talis dicitur peccare ex malitia, ergo idem est peccare ex malitia, & peccare in Spiritum sanctum.

¶ 10 Præter. Sicut patri appropriatur potentia, & filio sapientia, ita Spiritui sancto appropriatur bonitas: sed ille qui peccat ex infirmitate, quae opponitur potentiae, peccat in patrem, & ille qui peccat ex ignorantia, quae opponitur sapientiae, dicitur peccare in filium, ergo ille qui peccat ex malitia, quae opponitur bonitati, dicitur peccare in Spiritum sanctum.

Respon. Dicendum, quod de peccato in Spiritum sanctum multipliciter aliqui sunt locuti. Nam sancti doctores qui fuerunt ante Aug. Hil. Amb. Hieron. & Chrysostomum, dixerunt, quod peccatum in Spiritum sanctum dicitur, cum aliquis Spiritum sanctum blasphemat: siue Spiritus sanctus accipitur essentialiter, prout tota Trinitas potest dici etiam Spiritus sanctus: siue accipitur personaliter, secundum quod est tertia in trinitate persona. Et hoc satis conuoluntate videtur litera euangelij, vnde haec quaestio sumit originem. Nam cum Pharisei dicerent Christum esse Belzebul eijcere demonia, & diuinitatem Christi & Spiritum sanctum per quem Christus operabatur blasphemabant, attribuentes principi demonum, quod Christus virtute suae diuinitatis, aut per Spiritum sanctum operabatur. vnde & peccato in Spiritum sanctum in euangelio contraponitur peccatum in filium, id est, quod est in humanitatem Christi. Sed quia dicitur quod peccatum in Spiritum sanctum non remittitur, neque in hoc saeculo, neque in futuro, sequi videtur quod blasphematum in Spiritum sanctum, vel diuinitatem Christi, numquam peccati remissionem habere possit, ut Aug. exponit in lib. de Verbo Domini: cum tamen Iudaeis & Hereticis blasphemantibus diuinitatem Christi & Spiritum sanctum, non denegetur baptismus, in quo datur remissio peccatorum, & ideo Aug. in libro de Sermonibus Domini